Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Miscellanea - theologisch-literarisch-historische Textkompilation (meist kurze Exzerpte und Sentenzen) eines Geistlichen mit breitem Bildungshorizont - Cod. St. Blasien 42

[Oberried (?)], [um 1756-1764]

Alchemie

urn:nbn:de:bsz:31-49692

Visual Library

Cleopatra (: teste Suetonio :) als Augustus einen
60-jährigen man angetroffen, so deme man
ihme bezeugte, daß er niemahlen gelogen
habe, hat er solchen mit sich im triumph, und
einzug herumgeführt, ihne zum obersten Pries-
ter bestellet, und befohlen, demselben under
denen Göttern im Capitolio ein Ehren-Säul
aufzurichten. Sigismundus der Kayser
(: teste Aenea Sylvio :) schätzte die Redlichkeit über
alle dienst seiner höffl. dahero er befohlen:
Einem derselben die ohnendliche maultaschen
zugeben, weilen er mit schmeichlen zu viel ge-
redet hatte.
Schwerlich kein end finden, wan ich die hoch-
schätzung der wahrhaften Redlichkeit mit ge-
schichten durch alle welt- und jahr-gäng bey-
bringen sollte. (: Lobschreuthklinger (?) ge-
schäft der Anweisenden in 12 gespräch
ad finem :)

Alchimiae primum objectum est aurum, argen-
tum, Mercurius, Mars, caeteraque Mineralia per i-
gnem distilata, quibus cardinalis Alberoni sibi
propositis pro duce parte governi laborat cum
igne, et incendio, ut tota Europa inflammetur.
Aurum, et argentum Ducis Andegavensis per
Martem distillat, sed pro dolor! prope totum in
fumum abiit, ita ut utroque in via non satis ad-
vehere potis sit. Tria habet artifex laboratoria
unum in Sicilia, alterum in Sardinia, tertium
in hispania, ubique ignis fortissimus. pro primo
adsistent carbones germani, pro secundo Sabaudi,
pro tertio galli, per quos hispanus thesaurus in fu-
mum abit. Alberoni alter Theophrastus paracelsus,
hic invenit lapidem philosophicum, iste lapidem
offensionis, hic facit ex ferro aurum, iste ex auro
ferrum, totus in Marte, neque mirum, nam
hujus cardinalis purpura sitit sanguinem, tanto
rubicundior futura, quanto crudelior. O infelix
Dux andegavensis cum tali artifice, per quem sua
regna distillantur, et Provinciae cadunt in car-
bones. Non ergo sapis Dux simplicissime! Cardi-
nalis, qui nihil habet, et ditare desiderat, non
alchimistarum imitatur stultitiam, qui sola
spe divites sunt, aurum sperant, et dissipant; iste
aurum habet, et ~~dissipat~~ distillat, ut tota hispa-
nica Monarchia non sufficiat. Verus Albe-
roni, si anagramma spectes, in labore, sed inani, quia
~~...~~ alchimistico, tam per fumum, et regna, et opes,
et honores evaporare facit, ditissimus in sola

Alchimia Alberonica.

Speculatione, invictissimus in sola cogitatione, tandem cum omnibus alchimistis futurus pau-perrimus. /: aut. incert:/

Cardinalis Alberoni quaerit classem hispanicam.

Audite insulae, et regna, vidistisne classem in centum sexaginta navibus consistentem? erat illa timor Angliae, terror Galliae, Italiae exspectatio, Cardinalis expeditio.

R: Angliae.

Audivimus de tanta classe sine timore, quo fue-rit, scimus, ubi sit, nescimus; hoc tamen scimus, quod quaerat classem hispanicam priori anno amis-sam, et prope Siciliam amissam; an autem inve-niet, nescimus, quia pergit cum gravitate his-panica, id est nimis tarde, cum consilio Albe-ronico nimis insane, cum turbulentis praetensi-onibus nimis injuste.

R: Galliae.

haeret in spatiis imaginariis, et ad extram scanda, ubi capitis Alberoni naufragium passa, ab Ero-montorum malo sed etiam visa. In concavo luno turcico haec classis portum quaerit, et recte pergit ad hiberiam pro subsidiis rebellianis, quas Petrus Moscoviae Dux Duci andegavensi mittit in signum frigidissimae amicitiae, quam hispa-nia ad turcam quaerit.

R: Italiae.

Nos speramus classem hispanicam brevi visuros, quae Cardinalem Alberoni Romam adducet, ut post tantas victorias Romanorum more ibi-dem triumphare possit, non ad capitolium iturus, sed ad castellum sti Angeli custodiis bene custodiendus, tantus totius Europae turbator.

R: Germaniae.

Nos vidimus classem hispanicam inter Siciliam et Sardiniam, advehet illa ex utraque insula expulsos hispanos, et postquam redierit ad pa-triam, finiet comoediam, quam prudentissimus Cardinalis toti Europae exhibet. /: auct. inc:/

Horoscopus Cardi-nalis ~~positus~~ Albero-ni positus.

Saturnus est planeta principalis horosco-pi hujus hominis, qui toti Europae Martem et funera praesagit, maxime juventuti, quam ad injustissimas caedes, et funera provocat. Signum zodiacum bellicosissimi hujus Cardi-nalis est Aries, hunc pro illius aureo vel-lere recuperando binas hispanicas classes ad-armavit, per easdem ad Colchos insulam, in